

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz  
**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz  
**Band:** 61 (1906)

**Artikel:** Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1  
**Autor:** Liebenau, Theodor von  
**Kapitel:** Urkunde Nr. 290 bis 299  
**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

#### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

#### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

#### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 08.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

## Nr. 289.

1309, 12. November, Zofingen.

Discretus vir R. de Liebegge, canonicus Beronensis ist Vermittler im Streit zwischen dem Kloster St. Urban und Ritter Ulrich von Büttikon.

Archiv St. Urban. Fontes Bernenses IV, 380.

## Nr. 290.

1310, 23. Februar, Münster.

Revers von Propst und Capitel betreffend Jahrzeitstiftung des Dekans Wernher in Hochdorf.

Vlricus de Landenberch, prepositus, totumque capitulum Ecclesie Beronenfis, presentium inspectoribus seu auditoribus vniuerfis karitatem cum noticia subscriptorum. Cum vir discretus dominus Wernherus, incuratus noſter in Hochdorf et Decanus ibidem nobis et Ecclesie noſtre viginti libras pecunie donaverit numerate, vt sua per nos et succeſſores noſtros in ipſa ecclesia memoria dum vixerit, et anniuerſarium eius poſtquam obierit, die quo occurrerit cum confuetis officiis annis ſingulis celebretur. Nos eiusdem affectum grata uicifitidine respondentes promittimus eidem pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus bona fide, nos ad hoc ſolempniter obligantes, infra triennium a die ſolucionis ipſius pecunie numerandum poſſeffiones quantas poterimus ex pecunia emere ſupradicta, quarum prouentus inter canonicos noſtros, et alios Ecclesie noſtre prebendarios iuxto ordinationem quam ipſe dictauerit, dividantur, qui videlicet predictis officiis voluerint intereffe. Et nichilominus durante termino predicto, eadem annuatim officia celebrare et aliquam conſolationem, hoc eſt de communi noſtro Cellario, tam canoniciſ quam prebendariis, qui predictis officiis interfuerint, ministrare. Dantes inſuper eidem fide, iuſſores et obſides, videlicet Dietericum et Volmercum pioſtores miniftriſ poſtentes et ſponte promittentes, quod dicto elapſo termino moniti per ipſum dominum Wernherum, si videlicet dicte poſſeffiones, modo predicto compare, et ad uſos, preno-

tatos affignate non fuerint, infra octo dies proximos a tempore monitionis eiusdem se in obſtagium Berone ad res venales et in hoſpitio publico sine fraude qualibet preſentabunt, nunquam ipſum obſtagium ſoluturi, ſed per ſe uel per alios feruaturi donec predicta promiſſio in totum fuerit adcompleta, quos fide iuſſores noſtros omnino ſuper hoc reddemus indemnes. In quorum omnium euidentiam et robur Sigilla noſtra videlicet — — prepoſiti et capituli preſentibus ſunt appenſa. Datum Berone anno domini M<sup>0</sup>CCC<sup>0</sup>X<sup>0</sup>. Craftino feſti Katedre Petri. Indictione VIII.<sup>a</sup>

Liber crinitus fol. 31.

### Nr. 291.

1310, Säckingen.

Herzog Leopold von Oesterreich gibt Arnold von Ry-  
nach für die 30 Mark Silber, die er ihm wegen der Reis, die  
er über das Gebirg mit einem Gefährten und einem Roß und  
Hengſt thun foll, verſprochen, 3 Mark Silber auf der Steuer  
des St. Michelsamtes zu Münſter.

Schloßarchiv Hallwil.

### Nr. 292.

24. Mai 1310, Schännis.

Teilung von Leibeigenen zwischen den Stiften Schännis und Münster.

Wir Willebirg abbatichin und alle die fröwen def gotzhuf ze Schennis fant | Auguftineſ orden in kurer Bifton künden allen den diſen brief anſehent oder | hörent leſen, ein erkantnunſt der nach geſchrieben dingen, wiſſen alle den ez | ze wiſſenne beſchicht, daz wir dur bette def beſcheiden herren . . def probſteſ | von Münſter und öch der korherren haben verheget und wollen gūnnen ane vard | dù kint, dù von Fron Itun Ul. tochter def hübers von Reitnowe, | dù unsers gotzhus eigen ist, werdent geben von ir und von Cünrat def | Smides fun von Wintertur, der ir elich man iſt und dc Gotzhuf ze Münſter an- | höret, gemein ſülen ſin beidù unferm gotzhuf und

dem Gotzhus von | Münster und ze gelichen erben fulen gan,  
 alf recht ift und fitte und gewon | lich. Und dc diz stete und  
 ganz belibe, so henke ich dù vorge- | nande fro Wil | lebirg  
 abbatifchin min ingefigel an difen brief. Diz beschach ze Schen-  
 nis, | do von gottel gebürte waren MCCC iar, und dar nach  
 in dem zehenden | iare an dem funnentage, do fant Urbans-  
 tag was.

Das Siegel mit Maria und dem Jesuskinde hängt, teil-  
 weise beschädigt.

Archiv-Münster, Mancipienbriefe.

Copie im Liber crinitus fol. 25, b.

Copie von Dr. J. L. B.

### Nr. 293.

1310. 14. Aug. Münster.

Stiftung des Maria Magdalenen Altars in Münster durch  
 Chorrherr Heinrich von Rinach und Bruder Ritter Ulrich  
 von Rinach.

In nomine domini Amen. Quia pias hominum perpe-  
 tuas decet existere voluntates ne labantur cum tempore  
 consuetum est eas | litterarùm testimonio comedari. Ad  
 universorum itaque perveniat noticiam per presentes, quod  
 nos Heinricus de Rinach Canonicus | Ecclesie Beronensis  
 Constantiensis dyocesis ac Ulricus de Rinach, frater meus  
 miles, in remedium anime dilectissimi quondam fratris | nostri  
 Mathye Canonici dicte Ecclesie ad ipsius quoque petitionem  
 instantem in ultima uoluntate uiue nocis oraculo nobis factam  
 ob salutem etiam nostram animarumque nostrarum ac omnium  
 parentum nostrorum, altare in prefata Beronensi Ecclesia de  
 nouo | construximus in latere meridionali ipsius Ecclesie  
 prope columpnam in honorem uidelicet Sanctorum Marie  
 Magdalene, ac trium | regum magorum, Gregorii Christophori  
 atque Jodoci. Ipsumque altare dotauiimus bonis infrascriptis.  
 Donauimus enim | eidem altari Curiam in Gundoltzwile dictam  
 vor der Burg, reddentem annuatim septem modios tritici |  
 unum malterum auene et porcum uiuum septem solidorum ac

dimidium, cuius curie proprietas dicte Beronensi Ecclesie pertinuit, ac annuatim | de ipsa viginti solidorum nomine Canonis eidem Ecclesie soluebantur per nos, qui eam ab Ecclesia jure Empheothico tenebamus. | quorum uiginti solidorum annum solutionem de expresso consensu ac uoluntate honorabilium dominorum . . prepositi ac capituli prenominate Ecclesie | Curie nostre in superiori Rinach ante Castrum inposuimus et imponimus per presentes. Ita ut dicti xx solidi de ipso sol | uantur Ecclesie annuatim, et sic ipsa curia in Gundoltzwile, altari predicto et eius persone seruiat omnino pleno iure | Item bonum in Wolfhartzwile, quod colitur dictus der Lango reddens annuatim tres modios tritici et duos modios auene, quod tamen bonum | Domine Adelhedi matri nostre pro tempore uite sue seruiat cum effectu . Item bonum Richartzwile quod colit H. de Irflinkon | reddens quinque modios tritici unum malterum auene, et unum modium nucum ad lumen ipsius altaris. Saluo tamen | mihi Ulrico militi prenotato boni ejusdem quamdiu uixero usufructu, saluis etiam mihi Ulrico de predictis bonis in Richartz | wile decem solidi annuatim post decessum meum dicte Beronensi Ecclesie pro meo anniuersario persoluendis, prout per me | aut executorem testamenti mei fuerit ordinatum, saluo etiam mihi quod de bonis eisdem maiorem ualeam legare portionem | quam supradictum sit ipsi Ecclesie pro meo anniuersario celebrando, si uidelicet me uiuente tamen ipsius altaris deo dante | exercuerit facultates, quod hac portione deducta prebendario dicti altaris possint sufficere competenter. Que competencia dicto | fratri meo H. uel eo non existente . . prepositi . . Camerarij . . Cellarij arbitrio re relinquuntur. Hac tamen super omnibus bonis ante | dictis conditione adicta quod si nos uel alter ex nobis dictas possessiones uel earum aliquarum redimere uoluerimus prebendarius altaris | ejusdem qui pro tempore fuerit, eas uel eam reuendere nobis teneatur, pro conuenienti precio, qui uidelicet in curia tunc communiter sit consuetum. | Quod duorum uirorum bonorum, unius ex parte nostra, alterius ex parte dicti prebendarii eligendorum

arbitrio relinquatur. Hoc | itaque altare sic a nobis constructum atque dotatum, Ego H. fundator antedictus, ex uoluntate dicti fratris mei quo ad tempus | uite mee conferre uolo persone idonee, et nunc et quociesunque diebus meis ipsum uacare contingit, Post mortem autem | meam illius collationis eiusdem altaris penes Prepositum et Canonicos dicte Ecclesie residentes in loco communiter pertinebit. Ita | uidelicet quod dicto altari vacante ipsum altare per eosdem . . Prepositum et Canonicos residentes qui fuerint in loco siue uocati siue | non uocati presentes die tricesimo a uacationis die nuntiando alicuius eorum uel Praepositi uel Canonicorum absentia non | obstante, persone idonee conferatur, tali uidelicet, que scientie ad hoc competentis, conuersationis honeste, et tante etatis existat | quod uel sacerdos sit, uel infra eundem annum possit ad sacerdotium promoueri, et Choro nostro sit utilis, quod in ipso autem et | super omnia requiratur hiis tamen conditionibus siue modis in conferendo me ipsum non adstringo, si altare ipsum diebus meis | uacare, et per me ordinari contingat. Debet autem idem prebendarius per Prepositum qui pro tempore fuerit inuestiri. Is autem cui | ipsum altare uel per me H. uel per prenotatos Prepositum et Canonicos fuerit sic collatum, ad perpetuam in dicta ecclesia residentiam | teneatur, et in choro Ecclesie horis omnibus interesse et aliis diuinis officiis tam die quam nocte in ipsa Ecclesia celebare debeat. | Ad que omnia se ipsum sicut alii prebendarii juramento proprio astringere teneatur, propter quod etiam a cellario dominorum communi | totidie medium staupum uini sicut unus ex prebendariis aliis, ac alias chori recipit portiones. Dum tamen hiis omnibus | commode ualeat interesse, super quod sic ipsius conscientia onerata. Nec sua licentia Prepositi alicubi uel aliqualiter euagetur nec quantum | aliis eiusdem Ecclesie prebendariis est permisum. Volo tamen quod eandem licentiam ego H. quam diu uixerodare possim, Dicat | etiam qualibet Septimana tres missas, unam pro defunctis, in qua nostram predictorum memoriam faciat specialem, aliam de patro | nis, tertiam de beata Maria diebus quibus sibi videbitur expedire. Quod si dicti . .

Prepositus et Capitulum ipsum altare modis | et temporibus antedictis offerre neglexerint, extunc Episcopus conferat persone tali modis et conditionibus suprascriptis. In quorum | omnium euidentiam sigilla nostra presentibus sint appensa. Nos que Ulricus de Landenberg prepositus et Capitulum antedicti | quia hec omnia de scitu, uoluntate et autoritate nostra gesta sunt, et specialiter ad concessionem participationis medii | staupi uini totidie et distributionum chori nostri sicut cuilibet ex prebendariis nostris faciendam dicto prebendario | sigillum nostri Capituli duximus presentibus apponendum. Actum Berone Anno domini M<sup>0</sup>CCC<sup>0</sup>X<sup>0</sup> III vigilia assumptionis beate Marie virginis Indictione octaua.

Copie: Liber crinitus, 33b—34.

Copie: Liber Capellanorum Nr. 41. fol. 45.

Uebersetzung bei Riedweg, Stift Münster 242—245.

Copie von F. X. W.

### Nr. 294.

1311, 7. Juni, (Meindag nach der Pfinschte Wüchen)  
Ze Münster jm Ergeuwa.

Hemma von Entzerswyl und ihre Kinder Wernher, Ulrich, Heinrich von Bürgi vergaben eine halbe Schuposse Hüfers zu Waltersberg, die sie von Junker Burkard von Tannenfels und seinen Schwestern Jungfrau Anna und Verena von Entzerswyl erkauften, ans Stift St. Johann in Erlach. Zeugen: Meister Nikolaus von Malters, Meister Werner von Zürich, Domherre zu Münster, Ulrich von Schenkon, Ulrich von Hilfikon.

Urbar von Erlach, Schaffnerei Geiß. Handschrift im Staatsarchiv Bern.

### Nr. 295.

1311, 15. Mai, Erlach.

Das Kloster St. Johann bei Erlach schließt mit der Propstei Beromünster eine Übereinkunft über die Teilung allfälliger Kinder aus einer Ehe zwischen ihren Eigenleuten.

Nos . . . divina permissione abbas Monasterii in Erlach, ordinis sancti Benedicti, notum facimus, vniuersis, quod nos, pensata utilitate Monasterii nostri predicti, de consensu conventus nostri | conceffimus et concedimus per presentes honorabilibus viris . . Preposito et capitulo ecclesie Beronensis, | que dicitur Münster in Ergöwe, Constantiensis dyocesis, participationem secundum equalem diuisionem in libero seu | liberis, nascituro vel nascituris ex Berchta, filia Hemme de Zinzerfwile, ancilla nostra, et Günrado | dicto Salzman, servo dicte ecclesie Beronensis, marito ejusdem, non obstante conditione disparis servitutis; | renuntiantes omni juri seu exceptioni, que nobis et Monasterio competere nostro possent in posterum in dicta | medietate seu diuisione secundum jus commune vel terre confuetudinem approbatam. Nos quoque . . prepositus | et capitulo Ecclesie Beronensis prefate, dictis, libero vel liberis, ex eisdem nascituro vel nascituris, communiter jus | successionis in rebus paternis concedimus et recongnoscimus per presentes, quo cumque jure, scripto vel non | scripto, dicte Ecclesie nostre non obstante. In quorum euidentiam Sigilla nostra, videlicet . . Prepositi et abbatis, | presentibus fuit appensa. Datum in Erlach, anno domini M<sup>0</sup>CCC<sup>0</sup>XI<sup>0</sup>, idus Maji.

Beide Siegel sind abgefallen.

Original im Staatsarchiv Bern, Fach Erlach.

Gedruckt: Fontes Rerum Bernensium, Bd. IV, 462.

### Nr. 296.

1311, Ende Mai, Münster.

Ritter Hartmann von Ruda verkauft an's Stift Boden-zinse in Zetzwil.

Wiffen alle, die disen brief an sehent oder hörent lesen, das ich Her Harthman von Rüda, ein ritter, mit wissend vnd willen | miner brüder Johanes vnd Hartmannes, vnd vür si, vnd miner muter, vrowen Annen, han verköfet recht vnd redelich, den | erberen Herren — — dem probste, vnd dem Capitel ze Münster in Ergü, ze Zeczwile in dem dorf Einlüf Ituk | vnd zwei vierteil dinkeln geltes, vür lidig eigen, also das dü Mark geltes lit vmb vier vnd zwanzig mark filbers,

| mit den gedingen, das ich si wider köfen mag inrunt vier  
 iaren dem nochsten, vnd sol öch han steg vnd weg vnd |  
 wur ze miner müli in demselben dorf, als dis alles geschriften  
 vnd begriffen ist, in dem brieue, den ich dar vmbe von | in  
 han vnder iren Ingesigeln, vnd lob vür mich vnd alle min  
 erben, ir vnd aller ir nachkommen recht wer ze finne | fwa  
 oder swenne si es bedurfent, vnd ich es dur recht tun fol  
 vnd han das vorgeseite gut oder silber alles von inen | emp-  
 fangen, vnd vergihe diff alles an disem brieue, besiegelt ze  
 einem vrkünde mit einem Ingesigel. Dis gut | buwet Walther  
 von Seon vnd — — fin fun, vnd Georgio vnd Vuchs, vnd  
 gebent da von den vorgenannten Zins | vnd ich vrowe Anne,  
 die vorgenannte, vergihe, das dis alles mit minem willen ist  
 geschehen, vnd enzihe mich willeckliche | alles des rechtes, das  
 ich an das vorgenante gut hatte, under dem Ingesigel des  
 vorgenanten mines funes. Dis geschach ze Münster, do man  
 zalte von gottes geburt drizehen hundert Jar, darnach in dem  
 einlüften Jare, ze vfgandem | Meien.

Das schildförmige Siegel des Ritters von Ruda häng  
 beschädigt.

Copie im Liber crinitus fol. 21.

### Nr. 297.

1311, Juli 30.

Chorherr Gerung von Sekingen vergab zwei Schupoßen zu  
 Zetzwil an den St. Gallus Altar in Münster.

Vniuerfis christi Fidelibus prefencium inspecturis Volricus  
 de Landenberg prepossitus Totumque Capitulum Ecclesie Beron-  
 nensis Constantiensis dyocesis ac Petrus dictus de Erlöse |  
 Capelle Sanctorum Galli et Fridolini Confessorum site prope  
 ambitum dicte Ecclesie Beronensis Capellanus affectum cari-  
 talis cum notitia supscriptorum. Quia memoria hominum |  
 labilis est, expedit ea que aguntur in tempore scripture testi-  
 monio roborari. Nouerint igitur, quos nosse fuerit oportunum,  
 quod cum discretus vir Gerungus de Seconis Con- | canonicus

noster dilectus quondam pre scripte Capelle Capellanus diuino ductus flamine eidem Capelle in Dotem plura et diuersa predia donarit et tradiderit | ac multa ipsi Capelle beneficia impen- derit fructuoffa (!). In instanti eciam memorate Capelle duas Scopoffas fitas in Cecwil reddentes annis singu- | lis octo modios tritici, quas a Wernhero dicto de Hettelingen compa- rauit, sibi proprietatis titulo pertinentes donarit et tradiderit, retento tamen | et reseruato fibi vſufructu Scopoffis in eisdem. Nos huiusmodi beneficia per dictum dominum Gerungum Con- canonicum nostrum memorate Capelle impensa prouide | atten- dentes, habita inter nos deliberatione diligent, pensata etiam euidenti vtilitate dicte Capelle communi omnium noſtrum con- filio et confenfu, acceden- | te eciam expreſſo affenſu mei Petri Capellani Capelle prenotate volentesque concordi animo petitioni et defideriis memorati complacere Gerungi | ac fibi in recom- penſam huiusmodi beneficiorum gratia vicifſitudine respon- dere vſufructum in Domo ſita inter muros Cimeterii noſtri ex oppofito Camere | Granarii noſtri et Orto ſito prope Capellam prenotatam, Qui quidem Ortus et Domus Capelle pertinent prenotate conſtituimus per prefentes. Item vt idem | dictus Gerungus, quamdiu vixerit, vti et frui tam dictis Domo et Orto quam eciam Scopofis prenotatis debeat ſubſtantia verum falua; Quodque poſt | ipfius Gerungi obitum dicte Scopoffe, Domus et Ortus ad dictam Capellam reuerti debeat contra- dictione qualibet non obſtante. Ex conditione et ex pac- | to per dictum dominum Gerungum in traditione predictarum Scopoffarum habitas Capellanus dicte Capelle qui extunc fuerit, Lampadem dependentem ante alta- | re minus dicte Capelle vt ſingulis noctibus et per omnia noctis tempora fiue horas ardeat ac Cereum, qui accenditur in Eleuatione Euchariftie faluta | ris ejusdem Capelle altaribus, dum in eis missarum aguntur follempnia, debet auxilio reddituum dictarum Scopoffarum abſque contradictione qualibet fideliter | pro- curare. Et ad obferuationem pactorum predictorum, Nos nomine dicte Capelle et dictus Capellanus pro nobis et noſtris ſucceſſoribus obligamus nos et aſtringimus | fideliter in hiis

fcriptis Sigilla nostra in premifforum euidentiam prefentibus appendentes. Actum et Datum in Capitulo nostro Anno millefimo tricentefimo vndecimo, iii Kal. Augusti Indictione nona.

Auf der Rückseite steht: Litere de bonis in Zetzelwyl. — Litera de bonis in Zetzwil. — Gerungus de Secingen Dotator Capelle S. Galli donat Scopofas Zezwyl reddentes singulis annis 8 modios tritici in gratiam ejus. Prepositus et Capitulum ipsi concedit usufructum area (!) domus et horti iuxta capella sitorum. Sacellanus tenetur lampadem singulis noctibus ardentem nec non cereum pro eleuatione subministrare.

Zwei Siegel hängen, das dritte fehlt.

Archiv Münster. Copie von Dr. J. L. B.

### Nr. 298.

1311, 2. September. Münster.

Vertrag zwischen dem Stift Münster und Werner von Woloshofen, Chorrherr zu Münster und Rektor der Kirche von Schongau betr. den Zehnten zu Schongau.

Universis Christi fidelibus presentium inspecturis Magister Rudolphus de Liebegge Scolasticus Ecclesie Beronensis ac Jacobus Rufi canonicus Ecclesie Thuricensis affectum caritatis cum | noticia Subscriptorum. Nouerint quos nosse fuerit oportunum, quod suborta questionis materia inter honorabiles viros . . Prepositum et . . Capitulum Ecclesie Beronensis patronos Ecclesie in | Schongowe ex una, virum discretum Magistrum Wernherum de Woloshouen Canonicum dicte Ecclesie Beronensis, Rectorem prefate ecclesie in Schongowe ex parte altera, super requisitione et receptione Decimarum de possessionibus intra parrochiam dicte Ecclesie Schongowe sitis, utraque parte asserente se per alteram in perceptione Decimarum huiusmodi perturbari. Nos ad partium voluntatem et petitionem instantem, ad Ecclesiam Schoengowe personaliter venimus, et conuocatis tam villanis quam etiam aliis prope eandem parrochiam demorantibus. Receptis quoque a multis ex eis, vide licet antiquioribus et fide dignioribus corporalibus juramentis ipsorum, de jure utriusque partis examinauimus | diligenter,

qua examinatione facta, dicte partes questionem memoratam in nos tanquam in arbitros et arbitratores compromiserunt, et nostre pronuntiationi et diffinitioni | stare et integraliter obedire promiserunt. Nosque suscepto in nos huiusmodi compromisso, Inquisitione facta diligenter, lectis et perspectis diligenter depositionibus personarum | Iuratarum, ac oculata ostensione arearum et limitum earum, in dicta parrochia sitarum nobis facta, Inuenimus ex premissis, quod memoratus rector ecclesie in Schongowe | et quicumque pro tempore ejusdem ecclesie rector extat, debet Recipere Decimas omnium arearum parrochiae Schongowe, que ab antiquo pro areis sunt distinate, siue | Domus siue non edificate sint Areis in eisdem. Dicteque Aree in quibus Domus edificate non sunt, nobis sunt ostense et demonstrare, earumque discretio per limites, seu fossata, aut sepes, seu etiam vias publicas apparer evidenter. Reperimus etiam in depositionibus prenotatis, quod decime minute videlicet feni et alimentum, et queuis | Decima que minuta censentur, debet Rectori specialiter pertinere. Inuenimus etiam in dictis Inductorum, si agri qui quandoque fuerunt culti ad frumentum et decima eorumdem | Ecclesie Beronensi et Rectori communiter soluebatur, rediguntur in prata, Decima feni huiusmodi agrorum ad prata redactorum, specialiter debetur Rectori. Et si huiusmodi | Agri redacti in prata vel antiqua prata, de quibus non extat memoria, quod agri fuerint, rediguntur in terram aratoriam, extunc eorumdem agrorum Decima est communis Rectori et Ecclesie Beronensi. Nisi de hiis bonis fuerint, que Rectori Decimam soli soluunt, que inferius sunt expressa. Reperimus etiam quod quicunque seritur | in agris Sabbatizantibus, qui vulgo dicuntur Brachacker, Decima de hoc soli debetur Rectori. Item de octo Scopozis in Schoenchilchen, et de predio quod Huo- | ba dicitur, pertinentibus Ecclesie Beronensi, et de Dicte Ecclesie Schoengowe, Decimas recipit solus Rector. Inuenimus etiam quod de omnibus aliis possessionibus a predictis | sitis intra dictam parochiam. Exceptis novalibus, Decima pro medietate pertinet Ecclesie Beronensi et pars reliqua Rectori Ecclesie prenotate.

Unde habito con- | silio peritorum, visis et perspectis premissis omnibus et singulis cum diligentia, arbitrando pronunciamus, et pronunciando arbitramur, Decimas antiquarum | arearum totius parrochie, feni ac alias minutas agrorum qui in prata rediguntur, ac Decimas agrorum | Sabbatizantium, octo Scoposas et predii quod Huoba dicitur, ac Dotis Ecclesie in Schoengowe, solum | Rectorem Ecclesie in Schoengowe debere integraliter recipere, ac etiam decimam noualium eiusdem parrochie | si qua probata fuerint, debere Rectorem recipere memoratum. Titulum tamen seu exceptionem prescriptionis ac alias defensiones legitimas super huiusmodi Nouali- | bus, Beronensi Ecclesie reseruamus; pronunciamus etiam arbitrando quod omnes alie Decime, que de possessionibus intra limites dicte barrochie soluuntur, | seu solvi debent, aut soluentur in posterum, pro parte media Ecclesie Beronensis, et pro reliqua parte | Ecclesie in Schoengowe debeant pertinere. Et in euidentiam omnium premissorum, presentes literas dupli- | catas, Sigillis nostris patenter communimus. Actum et Datum Berone, Anno Domini M.CCC.XI iiiij. Non. | Septembris. Indictione IX . . . Nos Prepositus et . . Capitulum Ecclesie Beronensis, ac Ego Magister Wernherus | de Woloshouen Canonicus ejusdem Ecclesie, Rector Ecclesie in Schoengowe presentibus confitemur, nos pre | missam questionis materiam compromisisse in arbitros prenotatos, hancque sententiam arbitrariam emo | logamus ac etiam approbamus. Et in euidentiam premissorum sigilla nostra presentibus literis duplicatis | duximus appendenda, Sub anno, die loco et indictione prenotatis.

Mit dem beschädigten Siegel Werners von Woloshofen.

Abschrift: Im liber crinitus 15. Gedr.: Geschichtsfr. V. 246.

Copie von P. X. W.

### Nr. 299.

1311, 14. September.

Revers der Klöster St. Urban und Ebersecken wegen des Leibgedings des H. von Veltheins und seiner Schwestern Katharina und Lena.

Nos Wernherus abbas monasterii Sancti Urbani et nos — — abbatisse monasterii pure vallis, quod dicitur Ebersegge,

ordinis Cyftercienfis recognoscimus per presentes, quod post deceſſum fratris H. dicti de Velthein, conuentualis dicti Monasterii sancti Vrbani, ac Katherine, (et) Lene fororum conuentualium dicti Monasterii in Eberſegga in receptione quinque frumentorum tritici ab Eccleſia Beronenfi eisdem debitibus annuatim, nichil iuris habemus contra prenotatam Eccleſiam Beronenſem, fed poſt eorum omnium mortem erunt penitus abſoluti. In huius recognitionis euidentiam figilla predictorum — — abbatis et abbatiffe presentibus fuit appenfa. Actum anno domini M<sup>o</sup>CCCXI<sup>o</sup>., infesto exaltacionis Sancte crucis. Indicatione IX.<sup>a</sup>

Liber crinitus fol. 28. Gedruckt in Neugart, Cod. dipl. II, 377. Copie von Dr. v. L.

### Nr. 300.

1312, 16. März, (feria quinta poſt Gregorii), Münster.

Ulrich von Landenberg, Propst und Capitel zu Münster vidimieren die Urkunde vom August 1274 betreffend die Jahrzeitſtiftung des Chorherren Gottfried von Pfeffikon und lassen den Inhabern der dafür angewiesenen Grundstücke 30 Mutt jährlichen Zinses in Folge Loskaufes nach.

Liber crinitus fol. 31, 44, 45. Vgl. oben Nr. 127.

### Nr. 301.

1312, 14. April, Münster.

Ritter Jakob von Rinach vergabt an das Stift Münster sein Gut in Hilfinkon, die Vogtei über 4 Schuposen zu Elmengrin und sein Haus in Münster.

Nouerint omnes, quos noſſe fuerit oportunum, quod ego Jacobus de Rinach, miles, compos mentis et corporis, pro remedio anime mee parentumque meorum donaui libere et absolute honorandis dominis — — preposito et capitulo eccleſie Beronenfis, recipientibus vice et nomine ipfius eccleſie Bona mea propria apud Hilfinkon fita, que a me — — dictus Wilde | quondam tenuerat in feodum, empta feu redempta per me ab eodem, reddentia annuatim tres modios tritici et duo